


## **Epicedia Ultimo Honori Theologi Consummatissimi D. Augusti Varenii, Professoris praeclare meriti ...**


Rostochi[i]: Wepplingius, [1684]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777161311>

Druck Freier  Zugang







EPICEDIA  
ULTIMO HONORI  
THEOLOGI CONSUMMATISSIMI  
D. AUGUSTI  
VARENI,

Professoris præclarè meriti  
Totius Universitatis Rostochiensis  
Senioris Venerabilis,  
Consistorii DUC. MEKL.  
Directoris gravissimi,

Consecrata,

ab

EXTRANEIS.



ROSTOCHI,  
Typis JOHANNIS WEPPLINGII, Ac, Typogr

EPICEDIA

ULTIMO HONORI

ET HONORI COMMUNITATIS

D. AUGUSTI

VARENII

Professoris practicae medici

in Universitate Rostochensis

seu in Venerabili

Consistorio Duc. M. R. K.

Ducatus gravissimi

Comitatus

EXTRAEIS

et in Universitate Rostochensis

in Consistorio

Typis JOHANNIS WILHELMII, Act. Typogr.



Ustitiæ DOCTOR quique in-  
formavit ad Illam

Multos, fulgebit ceu sacra

\* stella Poli! \* Dan. 12. v. 3.

VARENIUS: Cui Candida  
Mens, gravitasq; Verendi  
Corporis, & docti pectoris  
acre Sophos,

Et solidæ Pietatis opes, studioque sagaci,  
Nora fuit Divi res sacrosancta Libri.

Justitiam docuit Fidei, Pieratis, & Artis  
Multos, quippe diu functus Is officio est.

Ergo Beate Senex, quin Tu quasi Stellifer Orbis,  
Pulchra Polique mices Stella, quis addubitet?

Gratulor inde Tuo splendori, in pace quiescant  
Ossa, & Vos Mœstos Gloria tanta levet.

*Sic ultimo Honori Venerandi Senis, & Theologi de  
Ecclesiâ CHRISTI & Academia Rostochiensis  
Summe meriti & consummatissimi lugendo,  
ex cultu debito accinit & Wismaria mittit*

HENNING CHRISTOFF GERDES D.

Collegii Advocatorum ibidem in Summâ  
Appellationis Curia Regia Senior.

]o[ 2

Ad

Ad  
**AUGUSTUM VARENIUM**  
Theologum Inelyti Nominis & apprime  
de Ecclesia Christi meritum.

**A**uguste Augustino Varroniq; Varenii,  
Par es doctrina parq; tuis studiis,  
Sed Variis linguis major, scit cetera Varrus,  
Quem multis auges laudibus atq; replet.  
Aliud in ejus obitum.

Mors Augustini & Varronis Rostochiensis,  
Infausta est Varro, Variaciq; Rosis.

Hamburgi Lug. meritoque scribeb.

E. E. S. Th. L.



**Q**ua te tanta tenent patriæ fastidia? quæ sors  
Invisum mortis carpere suasit iter?  
Non satis est, validas passim cecidisse colu-  
mnas,

Et tot templa obitu debilitasse suo?  
Te quoque, VARENI, cæli convexa tueri  
Amplius, & mœsto cœdet adesse gregi?  
Quo fugis, O magni per terram nominis Hospes,  
Convivis Græcas promere luere dapes!

He.

Hebræoque mero juvenēs perfundere siccos?  
Quo fugis, O sancti dogmatis alme fator?  
Quid queror? insignem certum est instare ruinam,  
Cum quæis nixa domus mystica saxa ruunt.  
Suffice, qui reparent labem, molemque ruentem  
Impediant recti, maxime Christe, tui.  
Suffice, qui puras promant de fontibus undas,  
Ingenio, lingua, moribus, arte bonos.  
Ut grex peste tuus mundi præstetur in ipsa  
Incolumis mores, incolumisque fidem.

*Hamburg, Condol. scrib.*

E. A. L. H. P. P.



**M**usa Varniades, & mors cuiusq; VAREN I  
Ex oculis lacrimas, cui gemitusq; ciet.  
Et nos præclaros cineres sidusq; dolemus  
Exstinctum, mæstis ora rigamus aquis.  
Vicini mærens merito infortunia Varni,  
Trava pius lacrymis Balthidis auget aquas.  
Ipsa sacros tristis vultus & lumina velat  
Religio tanti funere pressa Viri.  
Religio felix dia illo interprete legis,  
Sinceram docta voce docente fidem.  
Integra quis credat divini Oracula Verbi,  
Ac sacrum Oceanum mente tenere Virum?

Ille



Ille tamen tenuit, fidaq; in mente reposita  
Omnia, ceu libro, promere doctus erat.  
Qua Syrus, aut subtilis Arabs priscive tenerent  
Chaldaei aut magnus dogmata Ben Maïmon,  
Aut quicquid tandem Hebraum docuere Magistri  
Noverat, abstrusas vasti Orientis opes.  
Quis nunc historiam sanctè patientis Ijobi  
Explicet, aut Vatum ter quater eloquia?  
O quam perspicua cuncta ille in luce locasset!  
Pollicitus siquidem vivus utrumq; fuit.  
Visum aliter Superis. Sanctis comes ipse Prophetis  
Additur & coram jungere verba datur,  
Adfulgetq; ipsi lux clarior, omnia Divum,  
Percipit eloquiis Divus & ipse sacris.

*Ex morte tanti Theologi, & gliscente in his  
regionibus belli flamma, animo perturba-  
tissimo Lubeca scribebas*

ABRAHAMUS HINCKELMANNUS,



Officij

Officii, & Pietatis Specimen,

Sanctissimis Manibus,

atque

immortali famæ

Summi Theologi,

&

invicti Herois,

**DN. AUGUSTI VARENII,**

Magni quondam Patroni,

ac Hospitis sui,

exhibitum

**MICHAELE FREUDIO,**

Sch. Wismar. Correct.




**A**ugustum effertur Funus! Testare dolorem,  
Varne! Tui jacet hinc Pindi Decus. Occidit  
eheu!

Tam prælustre Jubar, Jacet Heros inclytus ille,  
Major & eloquio Demosthenis, atque Periclis:  
Hoc tam divinò Sophie dum fulminat ore,  
Alma DEI Sophie, vasti κερμήλιον orbis,  
Alter hic Alcides, sed multò major & istò,  
Horrenda inferni doctus quia monstra domare;  
Instructus sacri verbi victricibus armis,  
Invictus moritur, cœlesti sede triumphat.


Inte-

Interea Capitis tam cari doctior orbis  
Christicolam luget jacturam, de cinere ipso  
Optans Phœnicem prodire, ferasque Draconis  
Excidi tandem ter Summo à Numine Vires,  
Deserimur! Pereunt Heroes, & undique surgunt  
Prælia. Deserimur! Præstes gregis O bone CHRIS-  
STE,

Suffice Tu similes, & adhuc pugnare paratos  
Heroes serua! Tua ne κερμήλια fœdi  
Everrant, rapiantque æterni Numinis hostes.  
Nos quoque, nos meritò tumulo sua dona  
feremus  
Annua, ter centum Lacrimas pro thuris honore.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn777161311/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn777161311/phys_0012)

**DFG**

PERSONALIA.

derlich aber deßhalben berühmt gewesen  
von andern Königen/Chur-Fürsten /  
Städten / zum Theil in ihre Universita-  
anzurichten oder besser zubestellen / zu  
re Kirchen und Schulen zu reformir  
ordnen (wie denn in Oesterreich und in d  
Mark geschehen) begehret / auch selbst  
Höchstlöblichen Kaiser Maximiliano de  
des Namens / wie die noch verhanden  
Beruffs-Briefe bezeugen / nach Wien in  
der Reformation und anderer hohen  
ber beruffen und mit Kayserl. Gaben all  
beehret worden.

Die Elter Mutter Mütterl. Seiten  
die Ehr- und Tugendreiche Frau v  
Smedes / des Wohl-Ehrenbesten /  
bahren und Wohlweissen / Herrn LA  
Smedes / Hoch-verdienten Rahts v  
dieser Stadt eheleibliche Tochter.

Von diesen vornehmen Eltern und  
ist der numehro Hoch-seelige Herr Doc  
ren und bald darauff Geistlich in der H.  
der geböhren / und nach dem damahlig  
Fürsten und Herrn / Herrn AUGUST  
gen zu Braunschweig und Lüneburg et

ⓐ

